Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Ista sunt dona que sunt sancte et vere apostolice virgines·
die noctuque sine ullo temporis intervallo meditatur et co
gitat. Hec est illa pars optima· quam tu filiola
mea elegisti Delectare igitur in domino/ eius opera
admirando· eius beneficia recolendo· divinis of
ficiis devote interessendo· horas canonicas pure
et strenue persolvendo· strenue quidem· ut
sicut ferventer ita alacriter laudes deo persolvas·
non pigre/ non somnolenter· non oscitando/ non
parcens voci· non verba precidendo/ non integra sa
liendo· sed sonitu et affectu verba spiritus sancti devote
depromendo· pure vero· ut nil aliud quam quod psal
lis cogites Unde versus Dum cor non orat/ in
vanum lingua laborat Orationi ergo lectio/ le
ctioni succedat oratio· sic dies transeat· sic nox
inveniat laborantem Cum eciam in ecclesia divinum
officium celebratur· cave ne verbis vanis/ vel occupa
tionibus inutilibus te implices Unde beatus Augustinus
Si enim extra ecclesiam occupari ociosis sermonibus
malum est· putas in ecclesia verbosare quale pec
catum est? Diabolus enim tunc nos maxime im
pugnare consuevit· cum nos contra se spiritualibus ar
mis preparatos esse cognovit Et quia nos corpora
liter non potest de ecclesie quietu repellere· in ipsa ecclesia
infructuosis nos cogitacionibus involvere/ et ociosis
studet sermonibus occupare· ut nos per inanes et
fatuas/ aut forte eciam mendaces collocutiones ac sordi